Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



suauiter / Diligitur et a thro-
nis / ob beniuolentiam integre sa-
pie / sine inuidia sese commu-
nicantis et vnicuique gratis
docet de omnibus / Ceterum a
cherubin propterea diligit quia
deus scientiarum dominus est et sciens
quid cuique opus sit ad salutem
discrete prouideque dona sua
possetibus prout nouit expe-
dire distribuit / A seraphin quoque
quia caritas est et nihil odit
eorum que fecerit et vult omnes
·e· homines saluos fieri et ad agni-
tionem sui venire / Hy ergo omnes
prout capiunt diligunt / Sed
enim adolescentule quia minus
sapiunt minus et capiunt nec
enim sufficiunt ad tam sublimia /
paruule quippe in christo lacte
al' non hnt et oleo sunt et oleo nutriende / Ergo
ex vberibus sponse opus sunt
habent vnde diligant / habet oleum
effusum sponsa ad cuius excitan-
tur ille odorem gustare / et sentire
quam suauis est dominus / Cuique ad
se flagrantes persenserint
conuertens se ad sponsum ole-
um effusum nomen tuum
propterea adolescentule dilexerunt
·f· te nimis / Quid est nimis
valde vehementer ardenter vel
certe magis ex obliquo vos
qui nuper venistis tangit spe-
cialis sermo vestram illa / qua
et nos frequenter reprimere conati

sumus nimis discretam veheme-
ntiam / Primo intemperantiam pror-
sus nimium obstinatam redar-
guens / Non multis communi
contenti esse vita / Non sufficit
nobis regulare ieiunium non
sollempnes vigilie non imposita
disciplina / non mensura qua
nobis parcimur in vestimen-
tis vel alimentis / priuata pre-
fertis communibus / Cum vestri cu-
ram semel nobis credidistis
quid rursum de vobis vos in-
tromittitis / Nam illa qua to-
tiens deum conscientys vestris testi-
bus offendistis propria scilicet
voluntate vestram ecce ut iterum
imperatam habetis non meam / Illa vos
nunc docet non parcere non
acquiescere non obtemperare senio-
rum consilio vel exemplo non
obedire / An ignoratis quia ·g·
melior est obediencia quam victime /
Non legistis in regula vestra
quod quicquid sine voluntate vel
consensu specialis patris fit va-
ne glorie deputabitur non merce-
di / Non legistis in euangelio quam
formam obediendi puer Ihesus
parentibus suis tradiderit / Nam cum
remansisset in Ierusalem et dixisset
In hys que patris mei sunt op-
ortet me esse / non acquiescentibus
parentibus eius / sequi illos in
Nazareth non despexit magister
discipulos / deus homines / verbum
et sapientia / fabrum et feminam